in eodem Germania noſtra ſydere fulgentiſſimo ; Idem publica tot bonorum, ut quam nunc veſtri flores exhilarant, patria, olim de fructuum ubertate & dulcedine ſibi plurimum gratuletur, vota de vobis exaudiat, Vitis nobiliſſimæ, quæ in terris eminet, nec vero minus cęleſtis omni nobiliſſimâ nobilioris vitis, quæ à Jeſu Chriſto ſuccum trahit fęcundantem & ſalvificum, Palmites lætiſſimi. Ita precatur poſt alios domum Veſtram Sereniſſimam dudum colens, & qui iſtud munuſcum non ingratum vobis fore confiſus non deſiſtet ſuum ulterius cultum quavis ferente occaſione probare, tanquam

Sereniſſ. V. V. Celſitud.

Ad preces & obſequia

humillime addictus

Argent. 28. Ianuar.
clɔ Iɔc LXV.

Philippus Jacobus Spenerus,
SS. Th. D. & Eccleſiaſtes.